noſtrorum. Vult dn̄ſ ihc̄ & nr̄oſ lauare pedeſ; Non
enim petro ſoli. ſed unicuiq; dicit fideli. Niſi lauero tibi pe
deſ. non habeſ mecum partem. Veni ergo dn̄e ihū. exue
te veſtimenta. quae propter me induiſti; eſto nuduſ.
Vt noſ miſericordia tua veſtiaſ; praecinge te propter
noſ linteum. ut noſ tui muneriſ inmortalitate prae
cingaſ; mitte aquam in peluē. laua non ſolum pedeſ.
ſed etiam caput. nec ſolum corporiſ nr̄i. ſed etiam men
tiſ veſtigia. Volo exuere omneſ nr̄ae ſordeſ fragilita
tiſ. ut & ego dicam. Nocte exui tunicā meā. quomodo
induam eam. Laui pedeſ meoſ. quomodo inquinabo il
loſ. Quanta inte maieſtaſ ē; quaſi miniſter pedeſ
famulorum tuorū lauaſ. quaſi dſ̄ rorē mittiſ ecelo. Nec
ſolum pedeſ lauaſ. ſed etiam ut tecum recumbamuſ in
vitaſ. & exemplo noſ tuę dignationiſ hortariſ. dicenſ.
Vocatiſ me dn̄m & magiſtrum. & benefacitiſ. ſum enim;
Si ergo ego laui pedeſ ur̄oſ. dn̄ſ & magiſter. & uoſ in ui
cem lauate pedeſ ur̄oſ. Volo ergo & ego pedeſ laua
re fratrū meorum. volo dn̄i implere mandatū. Volu
it me non uerecundari. non dedignari quod ipſe priuſ
fecit. Bonum miniſterium humilitatiſ. quia dum alie

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. 17 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/it/csg/0102/17)